UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

SVMMARIVM.

1 *Exceptis votis Papæ reſeruatis, in reliquis Epiſcopus diſpēſat.*
Quænam vota ſint Papæ reſeruata, ibidem.
2 *Eamdem facultatem habet Capitulum ſede vacante.*
3 *An Regulares poſſint in votis diſpenſare, & n. 4. & 5.*
6 *An valeat diſpenſatio conceſſa, abſque iuſta cauſa.*
7 *An requiratur conſenſus eius, in cuius fauorem votum emiſſum fuit.*
8 *An poſſit Epiſcopus cum alienis ſubditis diſpenſare.*
Abſolutio à cenſuris exteris impendi poteſt, ibidem.
9 *Vagi veniunt ſub nomine propriorum ſubditorum.*
10 *In quibus caſibus Epiſcopus diſpenſare poſſit in votis Summo Pontifici reſeruatis.*

CAP. II.

Quando Epiſcopus poſſit in votis diſpenſare.

1 EXceptis votis, ſeu iuramentis perpetuæ continentiæ, Religionis, peregrinationis terræ Sanctæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Iacobi in Compoſtella, quæ Sedi Apoſtolicæ ſunt reſeruata, in reliquis diſpenſare poteſt Epiſcopus etiam electus, & confirmatus, licèt non conſecratus. *gloſ. in cap. ex multa vir. incumbit de vot. & in cap. nuper ver. retinuit de Sent. excommun. Sylu. in ver. Votum 4. num. 3. dict. 4. Nau. in Man. cap. 12. num. 75. Lezan. in Sum. qq. reg. tom. 1. cap. 19. nu. 24. Dian. par. 7. tract. 2. reſ. 1. Graff. deciſ. aur. par. 2. lib. 2. cap. 10. nu. 4 & alij communiter.*

2 Eamdem facultatem habet Capitulum Sede vacante, ac Prælati etiam locales ordinum exem-
3 ptorum, cū habeāt iuriſdictionē ordinariā eccleſiaſticam *Barb. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. all. 36. n. 9. & ſeq. Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. num 6. Bonacin. de legib. diſp. 4. quæſ. 2. pun. 7. num. 9. & alij*; quamquam in Religioſis propriè non habet locum diſpēſatio: quia ſi vota præcedunt profeſsionem, ipſo iure in profeſsione diſpenſantur *iuxta cap. ſcripturæ de vot. & vot. redemp.* ſi verò ſequantur, firma non ſūt, niſi conſentiente Prælato; *vt rectè notat Sylu. loco cit. num. 3. verſ. quarto.*

4 Prҫterea Confeſsores regulares habentes communicationem cum Benedictinis, & Ieſuitis, poſſunt vota Epiſcopo reſeruata commutare, *vt d. Layman. apud Lezan. in Sum. to. 1. cap. 19. nu. 23.*

5 Item ex Conceſſione Innocentij VII. Confeſſarij ex ordine fratrum Minorum, & alij, qui priuilegiorum ordinis S. Franciſci ſūt participes, poſſunt in omnibus votis diſpenſare, in quibus poſsūt Epiſcopi, præterquam in voto pe-

re-